

*164. Instrumentum sententiae in favore
dellachiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*164. Instrumentum sententiae in favore
dellachiesa cattedrale di S. Gerardo*

1479-05-22

(c. 22v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo septuagesimo nono, regnante inclito et serenissimo domino nostro domino Ferdinando Dei gratia rege Sicilie, Hierusalem et Hungarie, regnorum vero eius anno vicesimo primo feliciter amen, die vicesimo secundo mensis maii, duedecime // (c. 23r.) indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos notarius Franciscus de Padula, habitator civitatis Potentie et ipius civitatis Potentie pro presenti anno duedecime indictionis preditte annalis iudex, Antonellus Arcerius de Tito, preditte civitatis Potentie incola, puplicus ubilibet per totum predittum regnum regia autoritate notarius notumfacimus et testamur quod nobis intervenientibus pro notario puplico et attorum magistro fuimus cum instantia requisiti q(uod) in puplicam formam reducere deberemus omnia attitata coram magnifico et eximio legum dottore domino Monatho de Tarcasio de Campanea, civitatis Potentie vicecomite eiusque comitatus, nomine et pro parte excellentis domini domini don Antonii de Guevara, civitatis Potentie dignissimi comitis. Nos vero considerantes q(uod) officium nostrum est puplicum et nemini possumus illud de iure negare, revolventes ideo attitata coram [d]icto domino Monatho et ipsis attitatis discussis, invenimus quamdam causam comuniter fattam per introscriptas partes, tenoris et continenti[e] subsequentis: «Nos Monathus de Ta[rca]sio de Campa[nea] legum dottor civitatis Potentie et eius comitatus vicecomes et cetera, harum seriem declar[a]mus quod cum fuisset pridie quedam questio inter fines et conventus Sa[nti] Francisci de Potentia, ex parte una, et presbiteros

Santi Gerardi de Potentia, de quodam territorio sito et posito in pertinentiis et territorio ditte civitatis Potentie et proprie ubi dicitur la contrata Plani de Massaria, taliter quod olim in anno undecime indictionis ven[e]ru(n)t ad manus, quia orabant ditto presbitero quo[d] quedam terra aquatica sive padula, ubi solitum est fa[ce]r(e) fenum et vinum, [esse] ecclesie Santi Girardi et f(rat)res ditti conventuum <sic> di[ce]bant esse prefati conventus // (c. 24r) Santi Francisci; et ne penora prioribus subcessissent quia de presenti mense maii instantis anni duodecime indictionis, quia utraque pars asserebat dittam terram possidere, fuit conclusum, quia questio erat de confinibus et ditte terra et res <non> stabat sub retta oculis, quod nos personaliter contulissemus ad dittam contratam et padulam; quo ivimus personaliter et super facie ditte terre legimus et inspessimus ventarium Santi Girardi ibidemque examinavimus sub(scrip)tos testes Iohannottum de Centum Manibus, Iohannem de Vinedo, Antonium de Colotto et Lorentium <de> Sianta; postq(ua) reversi fuimus ad dittam civitatem Potentie et vidimus instrumenta Santi Francisci coram nobis presentata, etiam designatis nobis (con)finibus ditte padule et preditte terre per supradittos testes et inventarium predittum, in presentia reverendi et venerabilis viri donni Stefani de Pergula, archidiaconi et vicarii Potentini, et presbiteri donni Clerici Zappe, cantoris ditte ecclesie Potentine, presbiteri Girardi [d]e Cannillo, presbiteri Bartholide Lauro et presbiteri d[on]ni Gregorii de Vineola et nonnullorum clericorum et presbiterorum qui venerunt pro parte ditte ecclesie et in presentia venerabilis et religiosi viri magistri Leonardi de Anillario de Potentia, sacre pagine professoris, et fratris Regerri de Caporella et fratris Girardi de

B[a]lba et nonnullorum aliorum fratruum, qui venerunt pro parte ditti conventus Santi Francisci, attento quod per in[sp]licationem i[n]str[umentorum] ditti conventus ipse non ostendit se nisi usque ad val[l]onum qui dicitur de la Rossa et usque // (c. 24r) ad quendam salicem qui est in ditto vallo[n]e et sic tenet dittus conventus que sunt ultra dittum vallonum versus viam Petregalle et iuxta bona illorum, de cont(estatione) et per depositionem ditorum testium, quia fuit (con)ventum inter partes easdem stare decisioni et determinationi nostre, visa facie loci et iuribus dittarum partium, ideo Christi nomine invocato, de cuius vultu recta iudicia procedunt et oculi iudicantium respiciunt veritatem, declaramus, sententiamus et determinamus q(uod) ditte terra sive padula, que est subtus fontem civitatis sicut procedit dittus vallonus et est situata iuxta bona et terras luminarie et alios (con)finis, sit et esse debent prefate venerabilis ecclesie Santi Gerardi, ecclesie cathedralis <sic> Potentine, hanc nostram sententiam in hiis scriptis proferentes nobis pro tribunali sedentibus singulis conquerentibus iustitiam ministrando, sedente nobiscum nobili et egregio viro notario Antonellus Arcerius de Tito, incola ditte civitatis Potentie, attorum magistro et notario, in presentia prefati do(n)ni Gerardi de Can(n)illo et do(n)ni Filippi de Cremona, yconomorum et procuratorum ditte ecclesie Potentine et in absentia religiosi et venerabilis viri fratris Antonelli de Diano guardiani ditti (con)ventus et fratris Antonii Dedario, yconomi et procuratoris ditti conventus Santi Francisci vocatorum et (con)parentium et se contentantium de [ditta] determinatione. Letta lata extitit hec presens sententia et determinatio, die, mense et inditione predittis, presentibus ditto do(n)no Girardo et do(n)no

Filippo yconomis et procuratoribus ditte ecclesie Santi Girardi et ipsam sententiam et determinationem laudantibus et preditti guardianus et frater Antonius vocati comparuerunt et se contentantium de ditta determinatione et sententia [ac] presentibus et pro testibus nobili viro m(agist)ro Gulielmo de Guardiano fisico, [Ottin]o de Casis, Francisco de Abrutio, Gulielmo Capello et Mariano do(n)ni Cicci de Inganulo. // (c. 24v) Qui donnus Girardus et donnus Filippus, yconomi et procuratores dicte ecclesie Santi Girardi, nos predittum iudicem, notarium et testes infrascriptos requisiverunt attente q(uod) prefatam decisionem, determinationem atque sententiam redducere deberemus in puplicam formam et quia officium nostrum puplicum est et nemini illud denegare possumus, ideo ad cautelam ditorum do(n)ni Girardi et do(n)ni Filippi, ut supra procuratorum, et omnium quorum et cuius inde interest et interesse poterit in futurum, fattum est exinde hoc presens puplicum instrumentum, per manus mei preditti notarii Antonelli qui pro attorum magistro et pro notario, ut supra, interfui et meo solito signo signavi; superius autem in quinto virgulo ubi legitur «p(redic)tum regnum regia autoritate notarium notumfacimus» et in vicesimo virgulo ubi legitur «de Colotto» et in trigesimo secundo virgulo ubi legitur «declaramus, sententiamus» et in quatragesimo sexto virgulo ubi legitur «notarium predittos» abrasi intervirgulavi quia scribendo casualiter erravi, pro autentico habeatur. (SN)

1

2

A Monacho

A fratres

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

A contra

A dicebant dicti presbiteri, *piuttosto che* orabant ditto
presbitero

A bladum

A etiam subiecta, *piuttosto che* et res

A subiecta, *piuttosto che* sub retta

A Iohancolam

A Vineola

A Florentinus de Lavanca

A Bartholomei

A Aviliano

A Rogerii

A inspectionem

A ipse non extendit, *piuttosto che* in pleno obstandit

A prodeunt

8

17

18

19

20

21

22

23

24

Ego notarius Franciscus Paduanus qui supra annalis
iudex interfui et me subscripsi Ego Gulielmus Cappellus
testis interfui et me propria manu subscripsi Ego
magister Gulielmus de Gaudiano de Potentia phisicus
testis interfui Ego Franciscus de Abrutio testis sum Ego
Maria[nus] domini Cicci de Inganulo testis sum Ego
Ott[in]us de Caris testis sum

A Calerarum

Adebeat

A Diana

A de Dario

Così S e A per contentantes

A Gaudiano

A Caris

A Cappello